

a Dominium sine possessione interdum queritur.

b Fugitium sui dominus possidet: sed & per eum possessionem civilem acquirit.

ergo sibi dominium extra rem & operam: sed non poss. & sic facit pro Io. qui dixit dominium sine pos. queri. sic & supra de fund. do. l. si fundum. & supra de pecu. leg. eo tempore. Argu. contra. C. de dist. pig. l. qui praedium. Accursius.

a ¶ Quem non possidet. ut quia non ab alio possidetur: vel diu sit in libertate moratus:

alius dominus b possidet fugitium, & per eum etiam acquirit possessionem civilem, non naturalem: ut inf. tit. j. l. j. §. sed per eum. & §. per seruum qui. & l. ij. §. si seruus. & leg. per eum. §. per seruum. & supra. de pu. l. si seruus. & sup. de libe. cau. leg. si tibi. §. fin. & supra de usufruct. l. arboribus. §. Iul. & §. idem tractat. Item facit infra titu. j. leg. cum heredes. in fi. & infra. de sur. serui. & filij. Accursius.

¶ In laqueum.] c a s v s. Fecisti laqueum causa capiendi aliquam feram. aper incidit in laqueum, & non poterat se mouere: ego transiens inde vidi aprum captum in laqueo. exemi eum inde, & accepi. an teneat tibi aprum reddere? & dicitur quod non: cum non fuerit factus tuus: quia non apprehenderas eum de laqueo. si autem apprehendisti eum de laqueo, & sic factus esset tuus, & ego accepi eum. & dimisi eum fugere: definit esse tuus, & teneor act. in fact. & adducit simile de poculo alterius quod alius deiecit de nauis. nam tenetur act. in fa. Fran.

b ¶ Abstulisti. i. accepi. sic j. de sur. qui vas. c ¶ Abstulisti. Resp. non, secundum Ioann. & V. nisi cepisset & apprehendisset, qui laqueum posuisset. Acc. d ¶ Videamus. mutat personas. e ¶ Posuerim. ut alias distinguitur: ut & supra ad leg. Aquil. leg. qui foucas. f ¶ In meo, an in alieno. quod non videtur referre, ut supra eod. l. ij. g ¶ Summam. huius questionis, vel meae opinionis in hac questione: & sic hic dico reprobari superiores distinctiones, secundum R. Alij dicunt non fore huic questionis responsum.

h ¶ Meam potestatem. i. mei apprehendentis de laqueo, secundum B. unde ait: timeo scandalum, non futurum iudicium, cum die quadam fera sic apprehendere posset. Sed secundum Azo. meae. i. mei qui apposui laqueum, cum ipse aper per se expedire se non posset. Sed qualiter posset in eius ignorantia potestatem venire: ut inf. de usufruct. l. sequitur. §. tunc in potestate. & infra. de verb. sign. l. potestatis verbo. & infra pro emptore. l. qui fundum. §. furtius res. Argu. contra. supra de lega. ij. leg. cum pater. §. surdo. H. & no. quod sicut dixi, non est fera tui apponentis laqueum, nisi demum eum apprehenderis, vel apprehendendi potestatem habeas per oculorum inspectionem.

¶ Quod in laqueum meum incidit: non est meum nisi manualiter capiat. Bartolus.

LV. PROCULVS libro secundo Epistularum.

¶ In laqueum quem venandi causa posueras, aper incidit cum cohereret, exemptum eum abstulisti. num tibi videor tuum aprum abstulisse: & si tuum putas fuisse: si solum eum in siluam dimisisses, eo casu tuus esse desisset, an maneret: & quam actionem tecum haberes, si desisset tuus esse: num in factum dari oporteret, quareo. Respondit, laqueum videamus ne intersit in publico, an in privato posuerim. Et si in privato posui, vtrum in meo, an in alieno: & si in alieno, vtrum permissa eius cuius fundus erat, an non permissu eius posuerim. Præterea vtrum in eo ita hæsetit aper, ut expedire se non possit ipse: an diutius luctando expediturus se fuerit. Summam tamen hanc puto esse, vti si in meam potestatem petuenit, meus factus sit. sin autem aprum meum factum in suam naturalem laxitatem dimisisses, eo facto meus esse desisset, & actionem mihi in factum dari oportere: veluti responsum est cum quidam poculum alterius ex nauis eiecisset.

LVI. IDEM libro octavo Epistularum.

¶ Insula est enata in flumine contra frontem agri mei, ita ut nihil excederet longitudo regionem prædij mei: postea augeta est paulatim, & processit contra frontes & superioris vicini & inferioris. quareo, quod adcreuit, vtrum meum sit, quoniam meo adiunctum est: an eius iuris sit, cuius esset si initio enata eius longitudo.

nem, & affectionem possidendi, secundum Io. & B. & R. argu. infra titu. j. l. j. §. penul. at M. & H. quod statim, cum diu luctando se expedire non potest. Quid autem si à remotis oculis inspicio? Respon. secundum Vin. non fit meus, cum multa accideret: & c. v. supra eodem. l. naturalem. §. illud. licet sit argum. contra infra. titu. j. l. quod meo. §. si venditorum. Accursius.

i ¶ Item. id est, mei apprehendentis in laqueo: puta quod eum iam apprehendi. H. k ¶ In factum. subsidiariam Aquilam: ut Insti. ad l. Aquil. in fin. l. ¶ Veluti. id est sicut. Accursius. m ¶ Responsum est. ut supra b de prescript. verb. leg. qui seruandorum. in princ. & fa. infra titu. j. leg. ij. §. item serui. Accur.

¶ Insula.] CASVS Insula nata est in flumine ante faciem agri mei: & durat tantum in longitudine, quantum ager meus: & sic tota est mea facta. Postea hæc insula creuit ita quod vadit ante faciem agrorum vicini. dicitur quod tota mea est etiam illa pars que respicit agros vicini, cum illud augmentum cedat insulae iam meæ effecte secus si à principio sic tota creuisset. nam tunc pars que respiceret agrum meum, mea esset. illa autem pars que respiceret agros vicini, ei cedit. Sed pone quod flumen cepit fluere inter agrum meum & insulam derelictam antiquo alueo. dicitur quod insula remanet mea alueus derelictus cedit tam mihi quam vicino. Franciscus.

n ¶ Quoniam meo adiunctum est. id est insulae factæ meæ ratione vicinitatis. Accursius. o ¶ Id tuum est. sic & infra eodem. l. penul. §. Paulus. Sed quid si sine alluione aliquid accessit: sed insula que primùm patuit supra aquam, mihi vicinior erat: deinde aqua cedente vel in hanc vel in illam partem, quædam pars insulae tibi vicinior est, & insula multo maior apparet. Respon. potest aliud dici: quia quod mihi vicinior est, mihi cedere debet. ut supra eod. l. §. bene videtur probare quod dixi secundum Azo. p ¶ Inter me. id est ripam. alias inter eam. Azo. q ¶ Quo. scilicet alueo. Accursius. r ¶ Tua sit. sic & infra eod. l. pen. §. Paulus.

¶ Si vir donat uxori seruum, & ipsa scit donationem non valere: seruus ille nihil potest adquirere uxori illi, nec etiam ex re uxoris.

LVII. PAVLVS libro sexto ad Plautium.

¶ Per seruum donatum à marito, nec ex re quidem

l. adeo. §. u. hic tamen innuit contra. sed in seq. §. bene videtur probare quod dixi secundum Azo.

p ¶ Inter me. id est ripam. alias inter eam. Azo.

q ¶ Quo. scilicet alueo. Accursius.

r ¶ Tua sit. sic & infra eod. l. pen. §. Paulus.

¶ Per seruum.] CASVS. Donauit vir seruum uxori scienti donat. non tenere: & tradidit eidem. nunquid talis seruus adquiret uxori possidenti ex re eius uxoris? & dicitur quod non. Franciscus.

f ¶ A marito. scilicet uxori:

¶ eam natura.

a Actio in factum subsidiaria legis Aquilæ.

¶ In archæ prior. Tanc. in adnor.

b Poculum alterius de nauis in mare deiecit: actione in factum tenetur.

¶ fluxerat illa. fluxerat.

¶ Vicinitatis ratione quoniam aliquid queri potest, qui vicinior est, alij videtur præferendus.

* ea nata.

e Fera an sit apponentis laqueum an vero eam necesse sit apprehendi.